



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.  
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo  
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm  
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

**Mezger, Paul**


**Augustæ Vindelicorum, 1695**

Theologiæ Scholasticæ Traditæ Secundùm Doctrinam Angelicam D.  
Thomæ Aquinatis, Tomus II. In primam secundæ Partis Summæ Angelicæ.  
Proloquium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74152)





THEOLOGICÆ  
SCHOLASTICÆ  
TRADITÆ

Secundùm Doctrinam Angelicam

D. THOMÆ AQUINATIS,  
TOMUS II.

In primam secundæ Partis Summæ Angelicæ.  
PROLOQUIUM.

**N** priori Tomo contemplantur DEUM Opt. Max. tanquam optimum speculabile; & primò quidem, prout suis increatis perfectionibus nostrum intellectum absorbet; secundò prout est principium intraneorum processionum, & ineffabile mysterium SS. Trinitatis complectitur; tertio prout est principium creaturarum ad extra, præcipuè creaturæ Angelicæ.

Nunc Eundem consideramus, tanquam finem ultimum, & summum bonum, quod nostris vel bonis actibus assequimur, vel vitiosis deperdimus; præcipuè Regulam omnis moralitatis. Unde primo loco de humanis actibus, eorum fine, & generalibus principiis disputamus, & recepto more præsentem Tractatum de actibus humanis inscribimus. De quibus etsi multa tractent Philosophi morales, hærent tamen arctati intra luminis naturalis angustias; Theologus verò Divinæ revelationis lumine instructus considerat creaturam rationalem, quatenus elevatam per gratiæ sanctificantis donum, ad ultimum finem supernaturalem, ideoque de humanis actibus, eorumque principiis ut ad ultimum finem supernaturalem relatis tractationem instituit, quamvis etiam Philosophiæ moralis principia tanquam ancillantia suis disputationibus intereat.

TRACTATUS IV.  
DE  
ACTIBUS HUMANIS.  
DISPUTATIO I.  
DE

Fine humanarum operationum.

**S**upponimus ex Philosophia nostra, finem cuius gratiæ [juxta definitionem Philosoph. 2. phys. to. 29.] aliquid sit, in actu secundo causare per objectivam alligantiam & attractionem ad sui prosecutionem, quam S. D. q. 22. de verit. 4.2. in c. rectè vocat ipsum appeti, sic dicens: *Sicut influere causa efficiens agere est, ita influere*

A